

NOTICIA DE TRES TÍTULOS UNIVERSITARIOS DE LA CORONA DE ARAGÓN (S. XVIII)

M.^a José Carbonell Boria

INTRODUCCIÓN

EN este breve trabajo sólo pretendemos dar a conocer unos títulos de Bachiller y Doctor en Teología expedidos por dos universidades de la Corona de Aragón: ¹ Gandía y Cervera.

Los títulos pertenecen a un mismo siglo, pero a dos períodos muy diferenciados en lo que respecta a la historia de la enseñanza, pues, los pertenecientes a la primera Universidad son otorgados por un religioso de la Compañía de Jesús, mientras que el dado en Cervera, data de 1773, o sea, cinco años después de que dicha orden fuera expulsada de España.

A pesar de ello, vemos que los títulos de doctor presentan muchos puntos en común, aunque la autonomía de que disfrutaban las universidades de esta época unido a la mencionada expulsión nos permiten apreciar sensibles diferencias en cuanto a su realización final, como por ejemplo:

Diferencias:

1. Tamaño: más reducido el de Gandía.
2. Invocación: verbal en Gandía, signo de la cruz en Cervera.

¹ De los títulos expedidos en la Corona de Aragón en este siglo sólo hemos podido localizar:

—Fotografía del título de ballicher en Filosofía, otorgado por el canciller de la Universidad de Cervera don Francisco Fuertes Piquer, a don José Moles el 7 de abril de 1782, en *Historia de la Real y Pontificia Universidad de Cervera* de Manuel Rubio y Borrás (Barcelona, 1916), 2 vol., pág. 20.

—Fotografía del título de doctor en Teología otorgado por el Canciller de la Universidad de Cervera don Mariano Ambrosio Escudero a don Juan Soler y Sampere, el 24 de mayo de 1797, en *id. anterior*, pág. 16.

—De épocas anteriores y pertenecientes al Estudio General de Lérida, son destacables los publicados en la *Miscelánea de trabajos sobre el estudio general de Lérida*, vol. II (Lérida, 1950).

3. Orden seguido en el texto.
4. En Cervera el doctor jura no apoyar ni seguir las doctrinas de la Compañía de Jesús, cosa que obviamente no sucede en Gandía.
5. En Cervera el doctor jura fidelidad a la Corona, en Gandía no.
6. Signaturas finales: en Gandía firman los testigos, el rector y el notario. En Cervera sólo el Canciller y el secretario.

Similitudes:

1. Intitulación con idéntica fórmula, seguido de la
2. Dirección.
3. Narración de las pruebas que ha debido superar el doctorando para obtener el grado de doctor: examen, juramento de defensor del Misterio de la Purísima Concepción, y juramento de defender la verdadera doctrina según las leyes académicas.
4. Concesión del grado.
5. Equivalencia con el de otras Universidades.
6. Ceremonia de concesión de grado: nombre del patrono y donación de los atributos de doctor (anillo, guantes, libro, espada y borla).
7. Anuncio de validación.
8. Datación por el año de la Natividad de Cristo.
9. Sello de cera, pendiente.

EDICIÓN DE LOS TEXTOS ²

1

1716, julio 10. Gandía.

Título de Bachiller en Sacra Teología expedido por la Universidad de Gandía a nombre de don Mateo Blado.

Archivo Parroquial de Vinalsa, *pergamino* A-5 (257 × 288)

IN IESU CHRISTI NOMINE AMEN: NOS *Pater Iosephus Martinez* presbyter religiosus Sacrae Religionis societatis Iesu *pro rector* Collegii Sanctorum Francisci à Borgia, et Sebastiani dictae Sacrae Religionis Societatis Iesu civitatis Gandiae, huius animae Universitatis, et studii Generalis dictae civitatis Gandie apostolica

² Criterios de transcripción: Se ha respetado al máximo el original, para lo cual:

—Hemos mantenido la puntuación del texto presentado.

—Se editan en cursiva los fragmentos no impresos en el original.

—Se han mantenido en letras mayúsculas las que así aparecían en el texto, debiendo hacer notar el hecho de que eran manuscritas.

authoritate, et regia *pro Rector et pro Cancellarius* universis et singulis praesentes litteras, sive praesens publicum privilegii instrumentum inspecturis, lecturis, pariter, et audituris salutem in Deo qui est vera salus et sincerae dilectionis affectum, cum retributio benemeritis largienda sit, dignum non immerito arbitramur, ut qui litteraturam studio se exercere curarunt debitis honorum gradibus decorentur, aliique ad id excitentur, cum itaque venerabilis et studiosus *Mattheus Blado, presbyter, naturalis civitatis et diocesis Valentinae* quem morum probitas, scientia, vitaeque honestas, ac fama laudabilis, multipliciter approbant, et extollunt, ut ex his quae vidimus, et ex multorum fidedigna relatione percepimus, nobis constitit, cupiens in facultate *Theologiae*. Bachalaureatus gradum adipisci, eoque insigniri, super hoc nobis humiliter supplicaverit. Nos igitur *pro Rector* attendentes eius petitionem esse iustam, et rationi consonam post sustentatas per eum publice, ac viriliter in dicte Universitate quasdam conclusiones dictae facultatis *Theologiae* ac post unam lectionem ex dicta facultate *Theologiae* publice per ipsum in dicta facultate *Theologiae* aliorumque in multitudine copiosa praesentia, argumentisque in oppositum ingeniose respondendo, et satisfacendo, habitisque super hoc votis, consensu et suffragiis dictorum dominorum Examinatorum, ac praestito per eum iuramento, quod nullo unquam tempore veniet contra Sacro Sanctam Sedem Apostolicam, nec contra opinionem Imaculatae Conceptionis Dei Genitricis Mariae, nec contra Constitutiones, et ordinationes huius Universitatis in licitis, et honestis praedictum venerabilem *Mattheum Bladó, presbyterum* ad dictum Bachalaureatus gradum in dicte facultate *Theologiae* autoritate praedicta Apostolica et regia quibus fungimur in hac parte, admissimus promovimus, fecimus, et creavimus, atque per praesentes litteras *tam quam benemeritum, valde condignum, de rigore, iustitia, et nemine discrepante (...)* et decoramus; ipsum que in numero et consortio coetui coeterorum in dicta facultate *Theologiae* Bachalaureorum (...) unguimus et aggregamus ut gaudeat, et utatur, ac uti, et gaudere possit omnibus et singulis gratiis, privilegiis, inmunitatibus, libertatibus, favoribus, et honoribus quibus coeteri Bachalaurei in dicta facultate *Theologiae* gaudent, et utuntur, ac uti, et gaudere possunt in praedicta Universitate, et studio generali Gandiae, et ubique terrarum atque locorum. Per inde ac si in studiis generalibus Parisiensi, Salmanticensi, Valentinensi et Collegii de Alcala de Narez (*sic*), aut alio quocumque studio generali praedictum Bachalaureatus gradum adeptus fuisset, iuxta tenorem, et continentiam Bullae Apostolicae dictae Universitati Gandiae super hoc concessae. In cuius rei testimonium praesentes litteras, sive praesens publicum privilegii instrumentum per Notarium infrascriptum ei fieri, et expediti, sigilloque dictae Universitatis, et studii generalis Gandiae iussimus, et fecimus appensione communiri.

Datis in dicta Universitate, et studio generali Gandiae, die *X* mensis *iulii*, anno a Nativitate Domini *M D CC XVI* Presentibus *ibidem pro testibus: Iosepho Audifret et Francisco Sala, Presbyteris, Sacrae Theologie Doctoribus, Gandiae habitatoribus.*

Iosephus Martinez, Societatis Iesu, pro Rector et pro Cancellarius.

Sig (signo notarial) num mei Iosephi Perez de Culla, autoritatibus Apostolica et Regia totiusque Regni Valentie notarii publici dicta universitatis seu scribe et secretarii qui supradictis omnibus interfui, eaque recepi, clausi et subsignavi, loco, die, mense et anno praefixis.

1716, julio 10. Gandía.

Título de Doctor en Sacra Teología expedido por la Universidad de Gandía a nombre de don Mateo Blado.

Archivo Parroquial de Vinalesa, *pergamino* A-5 (300 × 300)

IN IESU CHRISTI NOMINE AMEN. NOS *Pater Iosephus Martinez* Presbyter Religiosus Sacrae Religionis Societatis Iesu *pro Rector* Collegii Sanctorum Francisci a Borgia et Sebastiani dictae Sacrae Religionis Societatis Iesu Civitatis Gandiae, huius almae Universitatis, et studii generalis dictae civitatis Gandiae Apostolica autoritate, et regia *pro Rector et pro Cancellarius* universis et singulis praesentes litteras, sive praesens publicum privilegii instrumentum inspecturis, lecturis, pariter, et audituris, salutem in Deo qui aest vera salus, et sincerae dilectionis affectum. Cum retributio benemeritis largienda sit, dignum non immerito arbitramur ut qui litterarum studio se exercere curarunt, debitis honorum gradibus decorentur, aliique ad id excitentur. Cum itaque venerabilis, et studiosus *Matheus Blado, presbyter, naturalis civitatis et dioecesis Valentinae* quem morum probitas scientia, vitaeque, honestas, ac fama laudibilis multipliciter approbant, et extollent, ut ex his quae vidimus, et ex multorum fidedigna relatione percepimus, nobis constitit, cupiens in facultate *Theologiae* Magisterii, seu Doctoratus gradum adipisci, eoque insigniri, super hoc nobis humiliter supplicaverit. Nos igitur *pro Rector et pro Cancellarius* attendentes eius petitionem esse iustam, et rationi consonam post sustentatas per eum publice, ac viriliter in dicta Universitate quasdam conclusiones dictae facultatis *Theologiae* ac post unam lectionem ex *Libro 4 Magister Sententiae, distincte 1 cuius titulus est: De sacramentis, et signis sacramentalibus, et incipit: Samaritanus enim et caetera.*, publice per ipsum in dicta Universitate interpretatam intra viginti quatuor horarum spatium eidem assignatarum, nec non praemisso rigoroso examine publice, ac palam in nostri, et dominorum Examinatorum in dicta facultate aliorumque in multitudine copiosa praesentia, argumentisque in oppositum ingeniose respondendo, et satisfaciendo, habitisque super hoc votis, consensu, et suffragiis dictorum dominorum Examinatorum, ac praestito per eum iuramento, quod nullo unquam tempore veniet contra Sacro Sanctam Sedem Apostolicam, nec contra opinionem Immaculatae Conceptionis Dei Genitricis Mariae, nec contra Constitutiones, et Ordinationes huius Universitatis illicitis et honestis praedictum venerabilem *Mattheum Blado, presbyterum* ad dictum doctoratus gradum in dicta facultate *Theologicae* autoritate praedicta Apostolica, et regia quibus fungimur in hac parte, admissimus promovimus, fecimus, et creavimus, atque per praesentes litteras *tanquam benemeritum balde condignum de rigore, iustitia et nemine discrepante* INSIGNIMUS et decoramus dantes, et concedentes ei licentiam, et facultatem, atque permissum cathedram de coetereo ascendendi, facultatem que *Theologiae*. Ut que terrarum, atque locorum legendi, interpretandi, arguendi, disputandi, et omnes et singulos actas faciendi, libere et publice exercendi, qui ad veros, et indubitatos in dicta facultate *Theologiae* Magistros et Doctores pertinere, et spectare dignoscuntur aggregantesque eundem in numero, et consortio, coetui coete-

rorum in dicta facultate, ut gaudeat, et utatur, ac uti, et gaudere possit omnibus, et singulis gratiis, privilegiis, immunitatibus, libertatibus, favoribus, et honoribus quibus caeteri in dicta facultate *Theologiae* Magistri et Doctores gaudent, et utuntur, ac uti, et gaudere possunt in dicti Universitate, et studio generali Gandiae, et ubique terrarum, atque locorum. Per inde ac si in studiis generalibus Parisiensi, Salmanticensi, Valentiniensi et Collegii de Alcala de Narez (*sic*), aut alio quocumque studio generali praedictum Doctoratus gradum adeptus fuisset, iuxta tenorem, et continentiam Bullae Apostolicae dictae Universitati Gandiae super hoc concessi. In super ut possessionem, seu investituram huiusmodi Magisterii, seu doctoratus gradum ab omnibus noscatur adeptus. Nos praedictum *pro Rector* eadem Apostolica autoritate et regia quibus fungimur in hac parte, insignia huius Magisterii, seu doctoratus gradum eidem venerabili *Mattheo Blado, presbytero* contulimus et assignavimus, eique tradidimus in hac forma: Nam primo Cathedram ei concessimus, secundo librum clausum, maxque apertum in manibus eius imposuimus, tertio annulum eius digito tradidimus in signum sponsaliti cum Divina Sapiencia, quarto birretum capiti eius imposuimus, quinto eum ad pacis osculum cum benedictione admissimus, eadem facultate insignitus in gloria coronetur aeterna.

In cuius rei testimonium praesentes litteras, sive praesens publicum privilegii instrumentum per Notarium infrascriptum ei fieri et expediti, sigilloque dictae Universitatis et studii generalis Gandiae iussimus, et fecimus appensione communiri Datis in dicta Universitate, et studio generali Gandiae, die *X* mensis *iulii*, anno a Nativitate Domini *M DCC XVI*.

Presentibus ibidem pro testibus: Iosepho Audifret et Francisco Sala, Presbyteris, Sacrae Theologiae Doctoribus, Gandiae habitatoribus.

Iosephus Martinez, Societatis Iesu, pro Rector et pro Cancellarius. Sig (signo notarial) num mei Iosephi Perez de Culla, autoritatibus Apostolica et Regia totiusque Regni Vallentiae, notarii publici dicta universitatis seu scriba et secretarii qui supra dictis omnibus interfui, eaque recepi, clausi et subsignavi, loco, die, mense et anno praefixis.

1773, junio 4. Cervera.

Título de doctor en Sacra Teología expedido por la Real y Pontificia Universidad de Cervera a nombre de don Ramón Piquer y Espot.

Colección particular J. Trenchs; pergamino (370 × 520).

NOS D.D. ANTONIUS ARTIGAS ET FERRER

ALMAE CERVARIENSIS ACADEMIAE PROTOCANCELLARIUS CETERIS UNIVERSIS, AC SINGULIS, AD QUOS HOC DIPLOMA PERVENERIT. S.P.F.Q.

Cum in hac muneris celsitudine, vel eo praesertim credita Nobis fuerit haec Respublica non solum, ut eos qui Virtutis, et sapientiae merito essent oppido

Egregii, amplissimis praemiis afficeremus; sed, ut ipsorum etiam debitam laudem, partaque iura, testimonio nostro, quod Catholici Reges, et Romani Pontifices voluerunt esse gravissimum, ab oblivione hominum, et silentio, atque ab omni dubio vindicaremus: Ideo ex fide Academiarum tabularum et ex nostra scientia exploratum habemus, ac notum omnibus esse volumus, ornatissimum virum *Raimundum Piquer et Espot, ex Oppido Cathalaunia, vulgo Gotarta diocesis Ilerdensis*. Quod honestissimus vitae rationibus, plures iam annos praeclarae suae excitandae indoli, multiplicique adipiscendae scientiae impense operam navavisset: quod in maiori, severissimoque Iudicio sapientissimorum doctorum licentiam ad doctrinam *Sacrae Theologiae* legitime obtinisset, ingenii sui radiis noctem illam claram fecisset: quod nobis portea virtutis, sapientiae, eloquentiaeque argumentis gradum eum illustriorem reddidisset quod Patrono suo, ut gravissimo testimonio ipsum commendaret, universo autem Senatui, ceteraque coronae, ut cum magna pompa deduceret, dignus visus fuisset: quod Fidei Professionem solemniter iuravisset quod Regi nostro Catholico et successoribus eius fidelem atque obedientem, extitutum iure iurando firmavisset: quod pariter agnovisset Purissimam Conceptionem Dei Matris in hoc verissimo mysterio Cervariensis Academiae titularis, atque patronae; item servaturum sessionem XV Concilii Constantinopolis quanque a patribus Sanctae Synodi Tridentinae mandata sunt; similiter quod et per illustri domino Cancallero eiusque successoribus secundum Academicas leges obedientem futurum; quod rursus iuravisset numquam doctorum doctrinas ullas quae contrariae sint auctoritati independientis regis nostri in temporalibus, imo easdem refutaturum et denuntiaturum quoscumque qui ipsas sustinere atentarint; in super et quod iure iurando promississet non sequuturum, neque doctorum Doctrinam Regularium et Societatis Nominis Iesu nec vero huius scriptoribus usurum modo quo huic et Academicis omnibus iussum Regio Decreto dato die XII, mensis Augusti, anni MDCCLXVIII, quoque due denique testatus fuisset hoc ipsum iuramentum praestitum iri ex bona fide et absque ullo restrictionum mentalium aliarum ve probabilitatum usu quod cetera omnia, quae ante eundem gradum secundum Academicas leges expleri est opus, expleta haberet, habuisset cum Doctorum gradus summus esset, parque ipsi, et culmen veluti fastigiumque omnium Academicorum honorum: Ob eas causas, ipsum ORNAT[UM] VIR[UM] RAYMUNDUM PIQUER ET ESPOT ex oppido Cathalauniae vulgo Gotarda diocesis Ilerdensis pridie nonas iunii anni MDCCLXXIII per nos ipsos in maiori Academiae theatro, [cons]titutum, factum, creatum, dictum, decretum, haberi iussum SACRAE THEOLOGIAE DOCTOREM TAMQUAM OPTIME MERITUM NULLO CENSORUM DISCREPANTIAM; universoque senatu ac cetera corona plaudente, uti ante eum quis optimo iure institutus, factus, creatus, dictus, decretos, haberi fuerit iussus: Tributatum etiam omnia privilegia, iura et commoda quibus nostrates *Sacrae Theologiae* doctores uti frui consueverunt, quibus possunt; quae ex constitutione IMPERSCRUTABILIS CLEMENTIS XII PONTIFICIS MAXIMIS et ex augustissimis legibus REGUM NOSTRORUM, eadem omnino sunt ac ea, quibus uti frui consueverunt, quibus possunt quicumque *Sacrae Theologiae* Doctores, praesertim Salmanticenses, Complutenses, Vallisoletani, Oscensis: concessam item sapientissimo eiusdem Patrono P.M. frater Philippo de Torres, *Sacrae Theologiae professore et Philosophiae* doctori protestatem, ut more academico renuntiaret, ornaret, ostentaret, omnibus

vero, quotquot aderant doctoribus, ut in amplissimum suum ordinem, ac senatum consuetis amplexibus ipsum cooptarent. Patronumque more academico, aureo donatum annullo, quo despositio cum sapientiae, et gradus doctorius semel repraesentatur, primum renuntiasset, deinde aliis insignibus, chirothecis candidis [*Magna Schola*] libro, sublimi cathedra; fulgenti gladio, et serico, ac *candido*, auroque intexto apice quibus *Sacrae Theologiae* doctorum virtutes, iura et claritas sigillatim significantur, ornasse, et ostentasse, Doctores demum, quotquot aderant in amplissimum suum ordinem, ac senatum consuetis amplexibus cooptasse. Atque haec omnia victa acta, gesta, dicta, transacta decernimus, si quis vero *Sacrae Theologiae* doctoris iura, parta sibi ab ornatissimo viro *Raymundo Piquer et Espot* vocare in dubium ausus fuerit, videri facturum contra hanc litteraturarum rempublicam ac foederatas, contraque Sedis Apostolicae sanctiones, et contra iussa regum Hispaniae, a quibus condita, aucta, a[edi]ficata, servata, quorum nomine fulta, tuta praesidio, devota gloriae, vigeat vigeat haec academia. Quare eadem iura auctoritate nostra certa omnibus facimus, firmissimamque ubique gentium esse volumus. Mandavimusque hac voluntate ei, qui Nobis adest a Secretis, ut conficeret hoc diplomat, quod uti Nostrum agnoscimus, manuque nostra subscripsimus, maiorique signo Academiae, sanctissima, ac grandi imagine Immaculatae Deiparae, divino cum carmine, muniri iubemus.

Cervariae Lacetanorum, pridie nonas iunii, anno a Christo nato MDCCLXXIII.

Artigas procancellarius [*rubricado*].

De mandato per illustris domini procancellarii D. Franciscus Antonius Ganyet et Grau [*rubricado*].